10/90

1 tempora mutantur et nos mutamur in illis
2, [illegible], Herrenwirtschaft, [illegible]
3 [illegible]

De dissertatione tua et morbis, quos in illa dedicavisti exponuisti non dicam, quia non sum medicus, quia arti medicinae me non dedidi, sed quaestioni tuae, quam defendendam paravisti, non assentior. Nam nego, leges Lycurgi, quae id studuerint, ut sana evaderet gens, hominibus hodie salutis esse.

Quod hac de re sentio, paucis verbis meis exponam:

1, tempora mutantur et nos mutamur in illis! non dubito, quin temporibus Lycurgi leges illae salutares fuerint, sed hodie tempora sunt mutata, omnes vitae partes transfiguratae, omnes vitae formae aliae.

In Lacedaemone respublica fuit omnibus tutor et omnes tutela obtinuit; hodie homines student, ut liberentur tutela illa reipublicae.

In Lacedaemone vita domestica negligebatur et vitae publicae semper postponebatur, et non neque licitum erat ipsis parentibus – quod illis carissimum – pueros suos educare. Hodie vita domestica eodem loco habita est, quo vita publica; hodie parentes ipsi liberos domi educant, ut boni et aequi cives fiant civesque reipublicae, resp. modo eos adjuvat in educando quam iis praebent scholas, gymnasia, academias.

In Lacedaemone exponebant infantes aegrotos et imbecilles; hodie hoc non evenit, hodie hoc crimen capitale.

Fateor enim, nonnullas institutiones illas ~~tum~~ et privatas et publicas Lacedaemoniorum nostris legibus introduci, sed hoc impossibile est.

2. Leges Lycurgi non studuerunt id, ut sana evaderet gens, sed ut bellicosa evaderet gens; ex hoc sequitur, ut educatio Lacedaemoniorum fuerit particularis, nam omnia valuerant ad excolendam virtutem militarem, ut militer crescat, praevalere, qui fugam [illegible] hostes et subditos imperio suo tenerent.

Educatio puerorum et puellarum aevo nostro est universalis et [illegible] studio omni incumbit – quod non est negligendum – ut excolendas facultates non modo corporis sed etiam animi omnium hominum; omnium est, indoles corporis et animi excolere, ut tam patriae et reipublicae quam et generi humano sint gloriae et saluti.

Qua ex re puto quaestionem tuam esse rejiciendam.

Nihil jam habeo, quod tibi opponam, ergo concedo. 6.

Vitia et stultitia hominum medicum practicum lucrum quaerentem plurimum adjuvant.

Medicum semper id spectare oportet, ut scientiam augeat, nec vero, ut facultates sibi paret.

Leges Lycurgi quum id studuerint ut sana evaderet gens, etiam nunc pro temporum ratione valere debent.

20/90

Wojciech Kętrzyński: Głos opo-
nenta na obronie pracy
doktorskiej Emila Steffenhage-
na pt. De inedito iuris Germa-
nici monumento quod codice
manu scripto Bibliothecae Civi-
tatis Elbingensis nro 5 quarto con-
tinetur, przygotowany na
dzień 2 II 1863. k. 2

[Ze zbiorów własnych. Rkps znaleziony
w druku tej dysertacji, sygn 72 293]

~~Prorector magnificentissime~~, Decane spectabilis
Professores illustrissimi, auditores quotquot adestis ~~humanissimi~~
Doctorande doctissime!

Dissertationi tuae assentior et thesibus ~~tuis~~ subscribo omnibus praeter unam, mandata falso inter constitutiones principum numerari, sententiae huic assentiri non possum, etiamsi mihi est profitendum, mandata neque a Cajo neque ab Ulpiano, viris clarissimis omnium, qui Romani iuris prudentiae Romanorum scripserunt, in generibus constitutionum principum <u>nominatim</u> non annumerari; et quamvis hoc ita sit, tamen hoc asse nonnulli viri clarissimi et juris Romani peritissimi, ut Savinius in libro praeclaro: System des heutigen R. Rechts, Puchta in libro institutionum, multique alii clarissimi juris Romani interpretes censuerunt, mandata constitutionibus adscribenda esse; et profecto! non sine gravibus causis.

Quas et causas et auctoritate illorum virorum permotus quaestioni a te prolatae hic amicabiliter repugnabo et thesin tuam confutare conabor; dico: conabor, nam mihi ignotum non est, quam difficilis sit haec causa, quum tu amice, peritissimus sis disciplinae juris prudentiae et nunc propter scientiam tuam acceptavi sis rite titulum utriusque juris doctoris.

Sed nunc ad quaestionem tuam confutandam proferam mea argumenta, quae duo composui:

I argumentum.

Böckingius ipse, qui mandata constitutionibus adscribenda esse non vult, confitetur, mandata in numerum ejus ascenda esse, quod principi placuit..., quod et Justinianus dicit inquire epistola ad Tribonianum scripta: quia nobis placuit etc.

Sed porro institutiones dicunt in titulo secundo libri I de jure naturali et gentium et civili:

sed et id, quod principi placuit, legis habet vigorem,

ergo sunt, ut mihi videtur, mandata constitutionibus annumeranda.

II argumentum:

Iustinianus in epistola ad Tribonianum scripta et novellae constitutioni XVII anteposita porro dicit:

Quia igitur nobis .. placuit, etiam omnibus judicibus nostris, qui minores vel medias administrationes gerunt sive inter ~~minores~~ correctores sive inter consulares sive inter spectabiles ordinentur, non solum codicillos praestare sed etiam mandata dare, quibus inspectis omnia gubernare laudabiliter possint, ideo librum mandatorum composuimus, ut detur administratoribus nostris ... sive eorum sanctionem et nihil ex iis audeant praeterire, sed salutiferas nostras (nostras) dispositiones observantes in perpetuum, nostras provincias nostroque imperio subjectos gubernare festinent...
Illustris igitur tua auctoritas ... eadem mandata et in libris legum legum transcribi praecipiat.

~~Ex hac epistola etiam patet ex his verbis:~~
Ex hac epistola, ut mihi videtur, haud dubio apparet, mandata Iustinianeo quidem tempore legis habuisse vigorem in perpetuum talem vim habuisse ostendit; quod magistratibus mandata sunt observanda in perpetuum et quod mandata in libris legum transcribuntur.

Quod (vero) mandata neque in constitutionibus ~~Iustinianeis~~ neque a Gajo Ulpianoque inter constitutiones enumerantur nominatim, ideo factum est, quod mandata epistulis vel consimilibus, ut mihi videtur, edictis attribuerunt:

a, forma edicti et mandati est epistolaris;
  cf edictum Honorii et Theodosii de conciliis a provincialibus Arelati habendis apud Georgium Bruns: fontes ~~verum~~ juris Romani.

b, porro Iustinianus in prooemio novellae XVII dicit:
  praecepta, quae mandata principis vocabantur:
 conferamus cum hoc, quod institutiones habent
  in titulo II: imperator ... edicto praecepit;
~~ex hoc sequitur~~, quod (et nunc) imperator edicto praecepit et praecepta vocabantur mandata, arbitror
   mandata a Gajo et Ulpiano reddita esse notioni
   et vi edictorum.

pro ne dimittam [illegible] et.

~~Video~~ Confiteor, haec argumenta a te refutata esse, sed denique ~~infelicit~~, nam sententiam jam tuae ne refutabam esse, et propterea peto a te, ut proferas argumenta, quibus theoria tua probari potest.

---

assentior omnibus argumentis tuis.

Jenö

[illegible]
Cena detaliczna zł 1,50